



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R.P. Francisci Svarez Granatensis E Societate Iesv
Doctoris Theologi, Et In Conimbricensi Academia Primarij
at[que] Emeriti olim Professoris Tractatvs Qvinque, Ad
Primam Secvndae D. Thomae**

Suárez, Francisco

Mogvntiae, 1629

5. De aliis diuisionibus, seu potius de nominationibus virtutum præcipue
Cardinalium, & Theologicarum.
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94065](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94065)

speratio, & audacia duabus aliis respondent, & simul temperantur, quæ tres passiones nõ necessariam connectuntur, quia obiecta earum sunt valde diuersa, & pro eis moderandis tria virtutum genera assignantur distincta, atque ita ex parte passionum habemus iam quasi quatuor genera virtutum: in singulis autem generibus numerat D. Thomas plures species; in primo sex, temperantiam, circa bona delectabilia facti: liberalitatem, circa diuitias: & philotimiam circa honores: item affabilitatem, quæ accommodat hominem, vt in factis, verbis, & rebus seruis se præbeat facilem, & humanum. Quinta est eutrapelia, quæ similiter moderatur delectationem in rebus iocosis. Sexta est veritas, quia aliquis ita se communicat alteri sicut reuera est. Cuius septem ponuntur duæ, scilicet magnificentia circa magnas diuitias, & magnanimitas circa magnas diuitias, & magnanimitas circa magnos honores. Circa timorem, & audaciam, est vna, scilicet, fortitudo. Circa iram, altera, nempe mansuetudo. Hanc doctrinam ex parte sumptit D. Thomas ex Aristotele 2. Ethicorum, & lib. 4. à cap. 6. vsq. ad finem libri.

VII.
Auctoris cõsura de proxima 3. diuisione.

In hac tota doctrina multa sunt obscura, & dubia, priora enim duo fundamenta in num. 5. posita, non sunt mihi certa, nec vera, vnde ex primo illo fundamento solum sumendum est, materiam circa quam versantur hæc virtutes, esse actus, seu affectus appetitus sensitui: non quod hæc sit materia adæquata, sed magna ex parte: qui tamen affectus appetitus sensitui reperitur etiam in voluntate seruata proportione, vt ex materia de passionibus constat. Secundo etiam fundamentum non est necessarium, nunquam enim virtutes distinguuntur propter illas potetias, sed considerandum est, an ex obiectis, & actibus habeant sufficientem distinctionem. Illud etiam quod tertio loco D. Thomas ait, spem non habere connexionem cum aliquo amore, qui ad concupiscentem potentiam pertineat, est valde incertum, & fortasse falsum, si amor sit efficax, qualis esse debet: quare tota illa partitio dubia manet, & obscura: non potest tamen hoc loco explicari nõ intellectus rationibus omnium virtutum, & passionum: hæc sola nunc dicenda videntur, primo non omnes has virtutes per se primo respicere proprie affectus, & passiones appetitus sensitui, vt patet de veritate, & fortasse de philotimia, & liberalitate. Secundo videtur certum non esse hic numeratas à D. Thoma omnes virtutes, quæ ad hoc genus pertinent: omisit ergo patientiam, modestiam, castitatem: & Aristoteles supra addidit verecundiam, & nemescim, quæ an virtus sit, suo loco dicemus. Tertio fortasse etiam verum est non omnes has virtutes numeratas esse species essentialiter distinctas, sed solum gradus distinctos eiusdem virtutis, vt fortasse liberalitas, & magnificentia: philotimia, & magnanimitas.

VIII.
De continentia, & constantia ex Aristot.

Vltimo aduertendum est Aristotelem 7. Ethicorum cap. 4. addidisse duas alias virtutes, continentiam scilicet, & constantiam. Primam vult esse quasi temperantiam imperfectam, quia pugnat cum passionibus, succumbit tamen. Secunda simili modo esse videtur tanquam fortitudo imperfecta, & ideo dici esse imperfectas virtutes, de quibus D. Thomas 1. 2. q. 58. artic. 3. ad 2. & 2. questione 115. artic. 2. quidam tamen ex discipulis eius volunt has esse habitus omnino distinctos à veris virtutibus temperantia, & fortitudinis, quod ita esse non censeo, vt ostendam infra sect. 6.

SECTIO V.

De aliis diuisionibus, seu potius denominationibus virtutum præcipue Cardinalium, & Theologicarum.

Oriebatur ex supradictis duplex difficultas, quia videbantur virtutes sufficienter diuise, cum tamen non diuiserimus virtutes Cardinales, nec Theologicas. Accedit tertia difficultas propter quosdam habitus, quos circa supernaturalia obiecta adquiremus, qui etiam videntur habere rationem virtutis, & ad supra dictas non pertinere: quæ difficultas inferre potest ad explicandas quæstiones 61. 62. in 1. 2. D. Thomæ. Atque ad primam partem dicendum, esse virtutes, quæ dicuntur Cardinales, quo modo loquendi vultus est Ambrósus libro quinto, in Lucam capite de Beatitudine. Hieronymus Marc. 1. tales autem virtutes non esse distinctas à supra enumeratis, sed quatuor ex illis hanc denominationem accepisse, nimirum prudentiam, iustitiam, fortitudinem, temperantiam, vt ex Cicerone libro secundo, de inuentione, Diuus Thomas refert. Dicuntur autem virtutes Cardinales, vt idem Diuus Thomas late exponit, vel quatenus illa quatuor nomina in generali quadam significatione vsurpantur, vt videlicet dicant quatuor generales condiciones in omnibus virtutibus reperas: vel si videntur, vt significant quatuor particulares virtutes, dicuntur Cardinales, quia ex parte materiae habent quandam excellentiam, & sunt maximè necessariæ, & veluti introitus, & ianua ad cæteras virtutes, vnde non est necesse has esse præcipuas perfectione, & essentia, sed necessitate, & vltimo: & adhuc isto modo non comparantur cum Theologicis, quæ non solum sunt præcipuæ, sed alia ratione sunt magis necessariæ, quia sunt fundamenta honestæ vitæ, vt patet de fide 1. ad Corinth. 3. versiculo decimo, & ad Hebræos de spe capite sexto, versiculo decimonono, & vigesimo, & ad Ephesios 3. charitas dicitur radix, quæ dicitur de D. Thomæ questione de virtutibus articulo 12. ad 14. Disputari tamen solet inter has quatuor, quæ sit præcipua, de quo D. Thomas illa quæst. 66. articulo 3. qui rectè docet prudentiam esse perfectissimam, secundum locum tenere iustitiam, tertium fortitudinem, quartum temperantiam, quod etiam sentire videtur Aristoteles 5. Ethicorum. Sed comparatio ista virtutum, sicuti & multarum aliarum, quæ fieri possunt, hic perfecte intelligi non potest vsque ad materiam de virtutibus in particulari in 2. 2.

Et iuxta dicta intelligenda est alia distinctio, seu diuisio, quam Diuus Thomas questione sexagesima sexta, articulo quinto, exponit, nempe virtutes sunt alia esse politicas, alia purgatorias, alia purgatiuæ animi, tales enim virtutes non sunt distinctæ à aliis numeratis, imo nec membra ipsa sunt essentialiter diuisa: sed eadem virtus secundum diuersos gradus, & statum illas recipit denominationes, sicut enim virtutes quatuor Cardinales, quia res humanas moderantur, politice dicuntur, vt vero animum abstrahunt à temporalibus rebus vt sic, cum Deo coniungant, dicuntur purgatorie: vt vero iam sunt in animo perfecto, quem pacatum reddunt, & Deiformem: dicuntur purgatiuæ animi, vel heroicæ, alia dicuntur exemplares, vt in Deo.

Ad secundam difficultatem dicendum est, virtutem Theologicam vocari diuinam, vel quia à cultu Dei solo Deo datur, & licet talis denominatio est communis logicæ.

I.
Triplex difficultas in gratia aliarum diuisionum virtutum.

Ad 1. difficultatem de virtutibus Cardinalium.

Circa virtutes.

Etiam gradus in perfectione.

Quæ sit præcipua inter Cardinales.

II.
Expeditio prædictarum virtutum, nempe politicas, purgatorias, purgatiuæ animi, distinctas à aliis numeratis.

III.
Ad 2. difficultatem de virtute diuina, quia à cultu Dei solo Deo datur, & licet talis denominatio est communis logicæ.

